

R.28602  
17

# ORATIO GRATULATORIA,

SIMUL ATQUE

LUDRICA, 4  
G-102

AD SOLEMNEM DOCTORATUS  
Lauream,

IN SACRA THEOLOGIA

L. D. D. MARTINI DE MONTOTA, ET

D. Petri de la Vega, utriusque Sacri  
Illipulitani Montis alumni;

ET IN JURE CANONICO

L. D. D. JOSEPHI MARIN SARZOSA,

& D. Vincentij Aguilar, qui ambo hujus Regalis  
Collegij Sanctæ Crucis Toga condecorati.

DICEBAT

U. J. D.

D. ANTERUS BENITO, ET NUÑEZ,

IN HAC REGALI UNIVERSIT. GRANAT.

cujus impensis prodijt in lucem.

V. Non. Mart. An.Dñi. M.D.C.C.L.XXIX.

SUPERIORI PERMISSU.

Typis : D. Antonij de Zea.

1767



122168163

# ORGANUM GRATULATORIAE

SIMILIS ALIOVE

## LUDVIGA

AD SOLLEMNEM DOCTORATUM  
IULIAE

IN SACRA THEOLOGIA

LD. D. MARTINI DE NOTATORI ET

D. Tauri de la Vega, invidens suum

Impunitam Thonoris clamavit

ET IN IURE CIVICO

LD. D. JOSEPHI MIRIN SARROSA

G. D. Vincenzo Aguirre, qui quod pium Regiam

Collegeo Sancte Clerice Tago confiditum

## DICERAT

LD.

D. ANTERUS BENITO, ET NUNCI

IN HAC REGALI UNIVERSITATIS GRANATI

equis quibusque obiectis et incisis

A. Nov. M. A. D. MDCCLXXIX.

et hoc anno regalium universitatis Granatensis

80

XII : D. K. 168163

# APPROBATIO D. D. FRANCISCI

Zenteno, Juris utr. Doctoris, Decretal.

Gregorij IX. Cathedræ primæ

Regentis, &c.

**P**RÆSENS hoc opusculum, quod juxta antiquissimam nostræ Imperialis, ac Regalis Academiæ consuetudinem, tūm expressa constitutione, cūm supremi Sénatus Castellæ recentiori decreto roboratam, in solemni Doctoratus gradu, fuit à nostro D. D. Antero Benito, & Nuñez, pronuntiatum, de mandato D. N. preffatæ Academiæ Rectoris, omnimoda atentione perlegi; nihil non prælo dignum reperi: qua-propter, salvo meliori, in lucem posse prodire censeo.  
Granatæ IV. Id. Martij. Ann. D. N. J.  
M.D.C.C.L.XXIX.

*Doct. Zenteno.*

Imprimatur.

*Doct. Dominguez.*

Rect.

De mandato D. N. Rect.

*Dr. Guzman.*

Sup.

SS.

APPROBATIO D. D. JOSEPHI  
Antonij Porcel, & Salablanca, hujus  
Metropolitanæ Ecclesiæ Canonici,  
Examinatoris Synodalis, &c.

**C**LARISSIMO, ET CHARISSIMO  
sodali D. D. Antonio Martinez  
de la Plaza, nostræ Metropolitanæ Eccle-  
siæ Canonicæ Doctorali, hujus Grana-  
tensis Diocæsis Vicario Generali, &c.  
libenter obtemperans, utramque Ora-  
tionem, ludricam scilicet, & gratulato-  
riam, quas spectatissimus Juvenis Dr. D.  
Anterus Benedictus Nunnesius in Alma  
Granatensi Academia nuper habuit, legi,  
& per-legi, & quidem earum lectione  
magnopere delectatus sum; cum enim  
conscius fuerim illum præ angustia tem-  
poris ad Oratoris munus imparatum ad-  
venisse, en, cum Cicerone dixi, *Ex-tem-  
poraneus factus est meus Rhetor: sed  
et qualis?* Qualem (absit verbo invidia)  
& proiectum, & paratum optaremus;  
et qui

qui enim succum , & nervos desiderem in Oratione ludrica ? Lepida sit , & sermone castigato eformata , contentus abibo ; quid ponderis in Gratulatoria , cum ejus generis orationes , ut moris est in famosioribus Academijs , potius verbis quam rebus plerumque confiantur ? Quas ideo vernaculé ARENGAS dicimus. Nonne nostro Juveni agenda res erat pro Rege Dejotaro , aut pro Lege Manilia , vel in Catilinam , aut Antonium denotandum ? Flosculos vides , non difiteor , sed à quibus fructuum opimorum maturitatem non frustrá expectes.

Hæc cum ita esse censeam , me prælo tradendam utramque orationem probare dictum esto , maximè cum nihil Religioni , & Honestati non consentaneum invenerim , quin potius , ut animos addam præstantissimo Juveni , cum Ovidio ad Pisonem , cantabo.

Ergo age Majorum Juvenis facunde tuorum.

Scan-

(\*) Vndeas alioz pueris multe interpletari.

~~Scande super titulos, & Javitæ laudis  
honores.~~

Non disimiliter, etsi non tam concinne ( & quis enim ego cum Nasone ? ) Olim cum aliud ejus opusculum laudavisse, subsequens Epigramma effuderam, quod nunc libentissime repeto.

*En probo, quæ Latia tradis sermone soluto,  
Quæque canis Patrio carmina culta probo.*

*I Juvenis, sequere, atque expectat magna futura  
Fama loqui; sperat lumen, & ipsa Themis.*

*Delitiæ tu Gentis, amor, tu gloria stirpis  
Nunnesiæ; præfers nomine tanta tuo,  
Nam tibi nomen \* Amor dedit, atque suum*

Benedictus:

*Ut benedictus eas, nomen, & omen habes.  
Sic iudebam in nomen Antero; & agnomen Benito; & hæc omnia ita ese mihi  
visa sunt; alij, per me licet, aliter vi-  
deant. Ego dabam Granatae 12. Kalend.  
Apr. ann. 1779.*

D. Josephus Antonius  
Porcél.

---

(\*) Anteros amor honeste mutuus interpretatur.

PRÆSTANTISSIMO,  
ATQUE SAPIENTISSIMO VIRO,  
PERILLUSTRI SENATORI,

D. D. PETRO

PEREZ VALIENTE,

C. M. IN SUPREMO CASTELLÆ  
Senatu à Consilijs,

D. D. MARCUS DOMIN-

guez Rufo,

S. APPOSTOLICÆ METROPOLIT.

Ecclesiæ Granatensis Dignitas Cantoris,

ac ejus Imperial. Regalisque Uni-  
versitatis Rector,

S. D.

\*\*\* C \*\*\* UM NOSTRÆ UNI-  
versitatis decreto, præ-  
sens

sens laudatoria oratio , ad suæ  
erga Regias Supremi Senatus  
sanctiones obedientiæ , in lucem  
prodeat , testimonium ; & cui al-  
teri , nisi tibi , **VIR PRÆS-**  
**TANTISSIME** , offerri debue-  
rit ? Credo equidem , nec va-  
na fides , te non mediocri affi-  
ciendum lætitia , cum videris  
in Juvenis , qui , cum primum  
supra vigesimum ætatis annum  
péne attigerit , jam V. J. lau-  
rea meritó decoratur , non im-  
probo labore , opimorum hu-  
jus tuæ sapientissimæ Matris ,  
tibique commendatissimæ Aca-  
demiæ , indicem fructuum , om-  
nimodæque culturæ non sper-

nen-

nenda lineamenta. Vigilantissimæ tuæ protectioni , fateor,  
quod in dies visibilius fit , in-  
crementum debetur ; utque  
quomodolibet ad suum princi-  
pium cuiusvis generis reverta-  
tur augmentum , id operis , li-  
cet quasi ex abrupto exarati,  
& quin à judiciali praxi manus  
auctor amoverit , tibi censui  
referendum ; munusculum hoc  
inter dona , quibus tua cumu-  
lantur altaria (sit fas ita loqui)  
inhians suspendere.

Accipe ergo serena fron-  
te , & nostræ Universitatis  
tantillum fructum , & Juvenis  
Doctoris lðborum primitias , &

B meæ

mæ particularis erga te gratitudinis monumentum ; quamquam etsi his , aut similibus nec tua protectio , nec nostra sigillaretur gratitudo.

\* Semper bonos , nomemque tuum , laudesque manebunt.

V A L E.

Al-

---

(\*) Virg. Egl. 5. v. 78.



## ALLOCUTIO

### AD UNIVERSITATEM.



UID MIHI GLORIOSIUS,  
sapientissime Cancellari , vi-  
gilantissime Rector , Docto-  
res ornatissimi , Collegia  
perillustria , cæteraque expectabilis con-  
cio , ? quid mihi gloriosius ? Quid æquè  
beatum , ac locum istum plus mille ca-  
pitibus excelsum occupare ? Scio vere  
P. C. quam plurimos hac in re Cathe-  
dram istam designari ; sed & qui sunt  
homines hujuscemodi ? Susque deque pror-  
sus habendi. Illi certe ( ut quondam \* vir-  
eru-

---

(\*) Graveson.

2

eruditus ajebat ) quibus familiarissimum est, ea quæ ad ipsorum salivam non sunt satis temperata immiti virga dispicere , & plusquam Dictatoria auctoritate damnare : Illi , quibus inest superbia pari passu cum ignorantia. Illi::: at illos ad suam stupidinem amandemus. Horum igitur insuperhabita crasitudine, equidem gloriōr , & gloriōr. § Quid enim, repeto , mihi gloriōsius ? § Quid æquè beatum , ac locum istum plus mille capitibus excelsum occupare ? Sed ; heu ! § Quid in vestra contracta fronte lego, Doctores ornatissimi ? Sic vos audio loquentes. § Qui lepor ? § Quæ , puerule, facetia tua ? § Quid in lucem ædere potes , quod indulgeat gustui nostro delicatissimo ? § Quid , quod scrupulosissimo nostro palato ? § Quid::: parcite præcor disertissima turba , & si tritam illam defensionem in meam causam licet apponere , ita superiori placuit , sit & nunc,

ita

3

*ita superiori placuit. Absdubio prudentes  
æqui, & boni consulturi, at nec etiam  
absdubio, res quidem periculosa, obno-  
xia maximé obtrectatori. Sed & quid ad me?  
& Quid mirum? si*

*Hoc tantum doctus res lacerare bonas.  
Loquantur igitur, blaterentur, susurrent,  
susurrent isti; faveant illi mihi. Auspi-  
cor ita; O bone Deus!  
omnia fauste.*

pointe que illes s'absentent à l'heure : tout  
bles mire ridiculoses. § N'importe si l'industrie  
d'impôts, pourvoit certe excessivement  
l'assumption respectueuse de l'ordre public et  
qui envoie des agents à l'étranger, bris-  
tique suis je avec coquetterie sp-  
castinage Ecce quod impone mille ap-  
illi, qui vestiges sunt istum pinguem bellum  
Tuo jam illi ( qd Theologis sermo ) eu-

ORA

# ORATIO LUDRICA.

¶ **P**UTAS , ACADEMIA PERIL-  
lustris , putas ne , tantillum glo-  
riæ , laudis , exaltationis hos Juvenes ti-  
bi superaddere ? Falleris . Nam  
\* *Parturiunt MONTES , nascetur ri-  
diculus Mus.*

En jam illi ( de Theologis sermo ) en  
illi , qui vestras aures jam pridem velli-  
carunt. Ecce demum , quibus mille ab  
hinc annis in gremium vestrum cooptan-  
di enixé desiderium. Uno verbo , præ  
mánibus habetis P. C. homines plusquam  
plumbeos , homines certé expectatissimos ,  
plus mure ridiculos. ¶ Numquid aliquid  
boni de illis auguramini ? Frustra : nam

ma-

---

( \*) Horat. Art. Poet.

mala facies ; mala facies. ; O commo-  
ratio mihi sane infensissima ! nam , in  
momenta segnescens , oleum , & operam  
perdidi. Orationem jocosam idiomate ver-  
naculo paraveram. Verum alia mens , con-  
silium aliud , namque aliter \* nostro  
meritissimo Principi , cuius sententiam ul-  
nis apertis amplexuri.

¶ Cur tam fastidiosé morati , labo-  
res , atque fatigationes meas plus , &  
plus augentes ? Audite D. Petrum de la  
Vega , si tantus vir forsitan vos lateat,  
ille est , qui lenæ vetulæ rita similem,  
ut nec ovum ovo , audite , repeto , sic  
affantem. Ordinem nuperrimum subolui ,  
qui latina in Doctoratus prætensores  
tela parat. ¶ Cur ergo non expectaturus ?

Hæc

(\*) A tiempo de decir la Oracion Jocosa en Cas-  
tellano , que se acostumbraba en esta Imperial  
Universidad , recibió ésta una Orden de S. M.  
y Señores del Supremo Consejo , para que en  
su lugar se dixese una Oracion serio latina , y  
jocosa , segun el estilo de Graveson.

*Hæc est Oculta, subbolui. § Non cernis  
meam faciem divinatricem, oculos quasi  
per buccinas inspicientes, qui potius quam  
vident, prævident, plusquam aspiciunt,  
auspicantur. § Augur, Ariolus, Divina-  
tor sum, ex illa gente, quam nos vulgo  
dicimus ZAHORIES.*

\* ; Macte beata, per celebris Academias ! Habes hic equidem hominem singularem, qui de plano aperiet latrunculos supelectilium, atque librorum. ; Mac- te, repeto, beata in præsenti Candidato ! Sed, ; hui ! § Quid irasceris Martine ? § Non eum cernitis quasi evomentem indignationem, crudelitatem, furorem ? § Amabo te, Martine, quid est in causa tibi ? At jam jam in tua caperata fronte, erectisque supercilijs ita lego. § Cur vocas Petrum *candidatum*, cum sit illi

(\*) Faltaban en esta ocasión varias alajas, y libros de la Universidad, que se buscaban con viveza.

aspectus plenus scrobibus , & atrum men-  
tum quasi atra-mentum ? Bene sit ton-  
sori qui sapit radere , nam aliás , à car-  
bonario nec latum unguem , nec unum  
jota discederet. Evidem , licet intonsus ,  
albus , delicatus , atque candidatus , ; sed  
Petrus de la Vega ? ; Quis fando un-  
quam talia audivit ?

En P. C. pueruli hujus plusquam  
Luciferina superbja , quæ vel eminet ore .  
Ut sit demum vobis comperta , & quasi  
ex ungue Leonem , en casus nuperri-  
mus.

Cum sua dilectissima Mater an-  
xietatem , qua Doctoris infulas appete-  
bat noster Martinus , animadverteret ,  
consilium hujuscemodi ponere instanter  
curabat , non alia de re nisi quia opro-  
bria , & satirica verba pasurus nugarum  
nostrarum causa. Nullum non movit la-  
pidem ut filium avocaret. Non defuere  
minæ , supplicationes , lacrimæ. Eas pin-

C



gere conabar , cum ecce inveni hisce  
versiculis exaratas. Filiole,

\* Qui tibi sensus erit dirus cum læ-  
serit unguis

Hoc tantum doctus res lacerare bonas?

Pascere tunc malleis tineas taciturnus  
inertes,

Quam non fanda pati , supliciumque  
ferum.

O qui clamores ! O grata sigila ! ge-  
mises.

Quo fugies ? reditus jam tibi nullus  
erit.

Si te tempestas demergit , mergar &  
ipsa.

Suavis & aura tibi , suavis & illa  
mibi.

Ita Mater usque in æthera planctus.  
At noster Martinus , gloriae cupidus , or-

---

(\*) Mayans. in fine ad suas Epistol. Latin.

namenti tinxitus, famæ plusquam inhians,  
ita fecit satis.

*Quid ad me mi Parens?*  
garriant, blaterentur,  
*Infula Doctoris*  
sum ego contentus.

Omnes me clamabunt,  
*O Doctor egregius!*

Fateor, in me dicant,  
in alios dixerunt.

Videbis me postea  
cum magno ornamento,  
cumque *Calandragis*,  
*Muceta*, & *Virreto*.

Sic omnia posponit Famæ, iatque Doc-  
toratui.

*C*UI te, Marine, similem facturus?  
Asevero perplures libros evol-  
visse. *Heu nimium infelix! Incasum:*  
tua enim forma sic deformis, ut nullam

similem repererim. Mecum tamen animum  
volvens, sic te desripsi aliquatenus in  
hac vernaculé

## DECIMA.

Est tua frons sicut *Bobis*,  
Es in visu *Vespertilio*,  
*Fœmina* in voce, & consilio,  
Solum *Homo* in *Coram-vobis*.  
Si in homine constat nobis,  
Mētem esse suum normatum,  
Cum \* Muliebrem candidatum  
Audistis cum veritate,  
Vocem tollite, & clamate,  
O virum Efœminatum !

QUI te, Martine, similem legimus  
Aetas te perpulere pilos evo-  
: Hoc nimis iugis ! Iucens :  
QUID  
(\*) Id est in consilio, aut mente.

**Q**UID eloquar de Licentiato D. Vincentio Aguilar? Me certe pudet vera loqui. *¶* Cur enim afferam in medium P. C. Juvenem, sibi per pulcrum, qui Anacreontis fictione commotus, se velut jaculum in puerorum ocellos jactitare conatur? Ride si sapis, ornata concio,

*\* Et criminis ab uno*

*Disce omnes.*

Cum quidam ejus con-collega, studio forsitan fatigatus, animum vellet recreare, in nostrum Vincentium advolavit, nam ineptiæ suæ risum abunde provocant. *¶* Quid enim, cum \*\* Juvenali dicam,

*¶ . . . . ¶ Quid enim majore cachino*

*Excipitur vulgi, quam ejus dementia,  
Patres?*

Concius igitur con-colega Laureæ, quam appetebat N. Vincentius, ut deliria, absur-

{\*) Virg. L. 2. Aeneid.

{\*\*) Sat. II.

surdaque latina ab illo auscultaret, hoc  
idiomate sic ab eo.

¶ Heus tu Vincenti, murmur quod-  
dam ad meas aures te Doctoratum inhia-  
re? Utique, dixit, hæc est mea voluntas.  
¶ Et in quo jure? Inquit con-colega  
¶ est ne in Cæsareo? Stulta interroga-  
tio, occurrit Vincentius, ¶ non vides  
esse maximum pleonasmum? ¶ Ubinam  
pleonasmus? quæsivit con-colega, ¶ quare?  
Satisfecit Vicentius. Quia Muceta incar-  
nata supra becam incarnatam est albar-  
da super albardam, & albarda super  
albardam est maximus pleonasmus. Vix  
potuit risum temperare con-colega, quam-  
vis aliquatenus compresit, & sic affatus.  
Jam scio quid appetis, nam cum Asi-  
num tuo te met ore judicasti, viridaria,  
aut laurea viridis est in tuis delitijs; quo  
cum, risu prope sufocatus, abivit. ¶ Quid  
alia commemorem? ¶ Cur adhuc ineptijs  
stomachum moveam?

Pla. {

Placito Regio , P. C. morem ges-  
simus ; graviora nos vocant , hisce can-  
didatis digniora , nostræque Regali Aca-  
demiæ sane proprissima. Ita noster dig-  
nissimus Princeps , cuius mentem sic , \*  
Naso explanaverat.

*Excitat auditor studium , laudataque  
virtus*

*Crescit , & immensum gloria calcar  
habet.*

## FINIS

### ORATIONIS LUDRICÆ.

---

(\*) L. 4. D. Ponto Eleg. 2.  
Es traducción genuina de la mente de dicha  
Orden de S. M. y Señores del Supremo Con-  
sejo.

# ORATIO IN LAUDEM CANDIDATORUM.

MIRARI satis non possum , Aca-  
demia florentissima , quos , &  
quantos filios meum dilectissimum Colle-  
gium vobis nutriat , foveat. In dies ad  
vos ex Sacro-monte , Parnaso ni ficto cer-  
te prefigurato , veniunt , currunt , advo-  
lant. Ex illo sapientiarum fonte , plus  
Pegaseo fœcundo , limpidissimi rivuli quo-  
tidie vos irrigant , ad vos in momenta  
properant , ut instar Maris ad flumina  
evaneantur , atque consurgant. Undique  
vos circumfluunt , undique vos : sed  
quo me rapit ? Duxit amor exordium.  
Lingua prolapsa. Non est cur miremini ,  
P. C. etenim sane certum.

I. + D. P. I. (\*)  
Scrit-

\* *Scribere quæ puduit, dicere jussit  
amor,*  
*et,*  
*Quidquid amor jussit, non est contem-  
nere tutum.*

Ecce duos Juvenes Theologicæ lau-  
reæ candidatos, quorum ætas sapientiam,  
sapientia simulat ætatem. ; O flores, quam-  
vis teneri, maturatissimi fatigationum im-  
pensis, laborum continuatione, studio-  
rum asiduitate ! En demum, Condisci-  
puli, fatigationum fructus, laboris præ-  
mium, studiorum corona. Pariter ad glo-  
riam contendistis, (ocularis ego testis,  
& quamvis domesticus, hac una re mi-  
nime rejiciendus ) pariter inquam conten-  
distis ad gloriam, pariter conceditur lau-  
rea, quæ cum tanti sit habenda, & quid  
mirum, tam enixé vos æmulari, ut om-  
nes con-colegæ mirarentur ?

Profecto, P. C. ut undequaque me-  
ris

---

(\*) Ovid. Hero. Epist. 4. Phædra. Hipolyto.

ritam palmām impetrarent, nulli studio pepererunt, nil non egerunt, nil non laborarunt. Sua ingenij perspicuitate, indefesaque cura, sic feliciter iagresi Philosophiam, ut non per scabrosa, sicut fere omnes, sed per amenissima, liberaque loca divagare viderentur. Abscondita Logicæ tantum in modum penetrare, ut fucatis illis argutijs, in quibus nil nisi fallere, fallique discitur, penitus valere jussis, optime callerent recte argumentandi genus, omnibus partibus expeditum.

Tam dextris ayibus P. C. & qui fieri possit infaustes procesuros? Imo vero tanta felicitas augebat sciendi cupidinem, cupidus studium, studium sapientiam, sapientia denique usque in sumum palmas afferebat. Sed Dei hominumque fidem!

Quam moderatè laudibus utebantur!

In Phisica, ( quasi velo levato percurram, nam si ad amussim, nec modum

(\*)

dum haberet hocce meum propositum,  
nec finem reperiret oratio ) in *Phisica*,  
repeto, Naturæ fuerunt speculatores ob-  
servatissimi. In *Methaphysica* prope Di-  
vini se gesserunt absdubio. § Quid nam-  
que erat immateriale , quod ipsos late-  
ret ? § Quæ ratio entis , quæ vividam  
suam penetrationem effugeret ? § Quod ens  
à materia præcissum , in quo non habe-  
ret plurimas partes eorum ingenium , scrupu-  
losissimaque sua subtilitas ? In *Ethica*  
non solum Platonis , Aristotelis , alio-  
rumque Philosophiæ Principum doctrinas  
legerunt , perlegerunt , sed in succum  
proprium converterunt feliciter. § Quid  
plura ? Eas verbo facundissime , opere  
prudentissime docebant , non secus ac si  
ab Apollinis tripode, arrestis auribus à cæ-  
teris auscultatas.

§ Quid eloquar de Sacra Theologia  
cui pervicacissime navarunt ? Amandatis  
enim illis , tantum non inutilibus , sed  
quæ

quæ potius mentem onerant quam illus-  
trant , discussionibus , curam omnem,  
nervosque totos impenderunt , ut è Sanc-  
tæ Scripturæ , Patrumque sacrario , deffe-  
catissimos Divinæ illius sapientiæ thesau-  
ros eruerent. At non est cur dicendi fi-  
nem plus justo protraham. De meis con-  
cologis hucusque.

‡ ITA NE ? ‡ Etiam meæ inutilitati,  
Josephi , & Vincentij orationem eformare  
commititis ? Faciam utique , nam ‡ quis  
malus orator ubi tam bona causa ? ‡ Cui,  
vel imperito dicendi, deficient eloquia , ubi  
abundant , & superabundant virtutes ?  
Tantæ profecto , quas si vellem omnes  
expresas , nefas ego ducerem , etsi  
..... \* *Mibi linguæ centum sint, oraque  
centum.*

‡ Quid aliud indicat illa purpurea  
toga , qua meritissime condecorantur ?  
‡ Quid

---

(\*) Virg. L. 2. Geor.

Quid aliud inter Regales Collegas recenseri, ubi non nisi virtutum expensis impertitur diadema? Qui fieri potest, non sint literati, æque ac modesti, cæterisque dotibus exornati, cum purpuream impetraverint lauream? Quis, rogo, in ejusmodi censum nisi probatissimus, omnibusque numeris absolutus inscribitur? Est item quod ultra miremur. Hos Latino idiomate peritos aspicimus; illos in Philosophia instructos aprimè; quosdam in Jure Cæsareo graficé; alios Juris Canonici disciplina præditos; at nostri candidati, omnes pene artes, sic arte infixas, ut Magistri. In nulla disciplinarum peregrini, nulla ipsis ignota, quin potius, quasi ab incunabulis didicissent unamquamque, possident omnes. Non immerito proferam.

.... \* *Et quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenent.*

---

(\*) Claud.

O viri fortunatissimi , qui , proprio  
Marte , vobis parastis tam egregia faci-  
nora ! Revera digni , ut quemadmodum  
pariter omnis scientia vobis familiaris , pa-  
riter omnes Doctoris infulæ redererentur.  
Bene sit vobis ; bene sit Academiæ nos-  
træ tantam gloriam nunc nunc ample-  
xanti.

Minime instituam sermonem de ur-  
banitate , modestia , alijsque prope in-  
numerabilibus quibus exornantur. Sileam  
prorsus , quamvis earum relatio , vel me  
dicente , non esset vobis injucunda. Non  
ultra progrediar , ut illorum modestiæ mo-  
rēm jucundissime geram. Sit utique Jo-  
seph , & Vincenti , sit utique , in ves-  
tram sententiam pedibus , atque manibus  
venio.

Ecce , percelebris Academia , quasi  
præ manibus tradidi candidatos , exilite  
gaudio , cum vestro calculo tot , tantosque  
viros superaddatis. Placida fronte , animo

per-

perquam hilari excipite. ; Quis amabo tam efrons , qui ambabus manibus talia non amplectatur ? Hercule fateor , dum honoris tanti ad me nuntium,

; O qui complexus , & gaudia quanta fuere !

; Cur vos aliter , Academia florentissima , cum vestra plurimum intersit ?  
; Quid abest a laureandis non dignum , mirabile , plusque mille manibus plaudendum ? Corde gratulor vobis , totque ornamenta crescere in dies , veherenter exopto. ; Primum Deus immortalis ! ; Utinam !  
; Utinam !

## D I X I.

\*\*\*



beatus pisi exerceat. ¶ O deus amabo  
 tuum effige, dum suspensus venturus es sis  
 ton subiectus. Hoc tunc fecerit, quia  
 potuisse scire ad me multum  
 ! O dei complices, & laudes dantes  
 glorie!   
 ¶ Cui vos stice, Ascendens iustorum  
 fissimis, cum lestea plurimum intercessit  
 & gratia spem a Iustitia non diffundit  
 misericordie, blesse willie misericordie, blesse  
 genitum! Certe distinxit apud, totius  
 consumatis concessio in die, vero  
 honeste obcepit, & Pro Deo  
 immortali! & Utinam!  
 ; Utinam!

DIXI

